



Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Dominica Secunda Post Pascha. Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joan. 10. cap. Argumentum. Bonus prælatus se totum impendere debet etiam cum periculo vitæ pro bono ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

DOMINICA SECUNDA POST PASCHA.

Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.
Joan. 10. cap.

ARGUMENTUM.

Bonus praelatus se totum impendere debet etiam cum periculo vite pro bono subditorum, et omni diligentia conari debet, ut subditos ad pascua salutis deducat.

Non est verus pastor, qui boni pastoris conditionibus caret, Et nihilo fecius quilibet curam gregis ambit, quamvis nec unam circumstantiam ad gregem custodiendum habeat. Ab antiquis solus Jupiter sine capite depingebatur, ut eum superiore omnibus, ac neminem Jove superiorem demonstrarent. Sed quod hodie non scientes se carete capite, & tamen eo carentes, caput multorum esse præsumunt? id inde, quia legis sic ordinantis notitiâ carent, provenit. *Pastor non pretio, sed precibus assumatur. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quaratur cogendus, rogatus recedat, invitatus aufugiat, Et sola illi refragetur necessitas.* Et dein, dum juxta votum feliciter res non procedit; dignitas occupatur vi, ac fraudibus, non secus, ac Camatus, Saracenus regnum Perfixæ, ac Richardus Tertius Angliam sic perhibentibus Historicis invaserunt. Hunc errorem hac prohibitione. *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron, Apostolus eliminare voluit. Et qui huic Doctrinæ contradicit bonus Pastor non est: sunt tamen, qui ad regimen licite electi sunt; sed passionibus præventi, nec ratione aliqua, nisi proprio capite ducti usurpantes illud dictum: Sic volo, sic jubeo, & licitum facientes, quidquid propriæ artificis voluntati, non minus, quam in Heliogabalo, Nerone, ac Tyranno Syracusano illud verus verbum, *stat pro ratione voluntas*, verificati demonstrant. Qui his infundatis conceptibus adhaeret, non est bonus Pastor. Multi nil aliud, nisi ut titulo superioris decorati redditibus fruatur, ac oves dilanant, spectant. De his, qui post curam, ac onus in alios transferunt sic, S. P. Augustinus: *Ob**

*honorem aut lucrum temporale alius præfati, esse dicitur. Hi ut mercenarii ejici, & non titulo pastoris decorati merentur, cum astruat Divus Gregorius, *Ita hujus mundi necessitas occasio, cogit, ut accitatur, an quis sit Pastor, an mercenarius, dum attendit, quod non perinet ad eum de ovibus præsentibus enim volunt, sed non prodesse, vel, ut ait Divus Bernardus: Non omnibus, sed sibi prædesse cupiat.* Non tamen sic duo Thomæ pastores Ecclesiæ, alter Castellorienlis, alter Villanovanus, quorum ille vitam exponens pro suis: *Ego pro Ecclesiâ Dei libenter mortem subibo.* Sic ad lupos facillimes: *Vos iusti in ore Dei cavete, ne cuiquam meorum necesse alioquens, alter sciens, quod ille non præsit, qui non prædesse erogando in pauperes sui gregis, mentis Episcopalis redditus, nec sibi lectum, ubi monitus quietet, memor documentâ Divo Bernardo Eugenio Tertio: *Præsit ut præsit dicitur. Hi pastores, quibus iussu Dei Vires in ministerio: *Va pastores Israel, qui pascebam ovem vestros, non fuerunt.****

2. Sed qui nomine boni pastoris vult gloriari ad minus Evangelico pastori se in duabus qualitibus conformare studeat.

Prima est, si ita necessitas requirit, etiam cum periculo vitæ gregi succurrere studeat. *Animum suam dat pro ovibus suis.*

Secunda, ut omni industria oves ad pascua salutis adducere conetur: *Erillas oportet me adducere.* Et tunc jure, *Ego sum Pastor bonus*, dicere poterit. Sed jam oves vocem pastoris audire: *Voicem meam audiunt*, observatis. Vos ergo dum estis grege Christi verbo Dei cum devotione, ac silentio attendite,

L. si quem quam cod. de Episc. L. contra cod. de remilitis. Io. Bat. Pastin in Histor. Persic. fol. 9. Io. Franse. Blondus tit. 3. de bello Lev. Anglia Lib. 8. Ad Hebr. 5.

PARS PRIMA.

Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joan. 20.

Non absque causa Pastori titulus bonitatis datur, cum bonum non sistat in seipso, sed dicitur credentem ad alterum, ad quem se diffundit, prout Philosophorum axioma inrefragabile. Bonum est finis diffusivum. Ergo consequenter bonitas suos in subditos egenos elargitur, sanguinem effundat, & si id necessitas requirit, vitam non parcat. Apis, quæ liquor: ex uberibus florum veratantum fugit, mel, quod in bonum aliorum cedit: Et proficit, conficit. Mutuus Columba, dum Ecclesiæ exercitui præellet, ut suis signis suis militatibus se nulli labori peperisset, & libentissimè pro suis vitam se dedisse persequeret, manum armatam hoc Lemmate subiecit: Agere, & pati fortia. Romanum est, etc. Ergo Pastor pro bono subditorum non solum non ardet, sed & periculosam aggreditur. Alfanus Nonus, ceptro, ac diademate Hispaniæ ducatus, ut modum regendi ostenderet, Pelicam pro simbolo, qui licetando proprium pectus, pullos suo sanguine vitæ restituit, hoc addidit: Pro grege, ac si diceret pro meis subditis sanguinem effundere sum paratus, elegit. Hos animos generosos similitur expressit Otto Imperator dum corosâ imperiali redimitus aulicis sibi assistentibus dixit: Faciam ut omnes intelligant quem Imperatorem elegeris, qui non vos pro se, sed pro vobis dedit. Sanctus Pastor, ac Præsul Novatus Paulinus asserit. Servile jugum obit oviculae causa liberatis: O quam diligens conditorum in bono pastore requisitam observator fuit: nempe bonus Pastor animam suam dat (id est verba sunt Divi Thomæ, vitam corporalem) vitam propriam ut oviculam è Barbarorum laeis magis crudelium manibus eriperet, impendat.

4. N. id quod utque huc breviter docui non subditurum, nisi basi Scriptræ inoiteretur, creditum. Deus Moysen mandat ad Pharaonem, ut ei legationem maximi momenti concernentem, liberationem populi Israelitici aperiat. Veni mecum te ad Pharaonem, ut educas populum meum Israel de Ægypto. Verum Moyses ineptitudinis hæc confusus post multas excusationes, & replicas nolens Deo reluctari tantummodo quid genus interroganti, à quo ablegatus sit respondere debet, quæstivit: Si dixerit mihi, quod est nomen tuum? quid dicam eis. Et Deus, hæc præcisè

verba: Ego sum, qui sum, illis dices, replicat. Est adhuc, quod ego sum Dominus Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos, illis significabis. Hic subintrat Rupertus Abbas, & cur Deus de nomine suo interrogatus duas definitiones, primam, quæ verè essentiam, ac quidditatem Dei explicat, nempe: Ego sum qui sum, ac alteram, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob assignet, inquit. Secundum Logicos unius rei esse unam definitionem, non nescio. Deus est immultiplicabilis, & ita unus, ut major unitas reperiri nequeat. Cur ergo Deus duas sui ipsius definitiones profert? Cur Dominus de uno tantum nomine interrogatus duas suggestit. Verba sunt Ruperti Abbatis, & ad unam Rupert. perunculationem duo reddidit? Si Deus recte Divo Abb. id. Hilario sic dicente: Non aliud magis proprium Deo, D. Hilario quam esse intelligitur, cur subjunxit: Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Trinit. Jacob misit me ad vos: Hæc particula mihi superflua, ac contra regulas bonæ ac veræ definitionis, quæ nec superflua, nec diminuta esse debet, militare videtur. Ego postquam Deus suam essentiam Moyfi illis verbis: Ego sum, qui sum aperuit, eidem etiam, quia operari sequitur adesse, notitiam operationum suarum ad extra communicare voluisse crediderim. Illis ergo verbis: Ego sum Deus Patrum vestrorum inferre voluit: O Moyses ab illo te ablegatum dicas, qui se beneficium erga suos, eos creando, conservando, iisdem providendo, ac omnia bona fortunæ, & gratiæ largiendo, atque eos ab omni malo liberando gloriatur. Deus Patrum vestrorum, ac singulariter Abrahami, Isaaci, & Jacobi, qui mille benedictionibus à me sunt ditati: In semine tuo benedicentur omnes gentes, & Abraham, dicitæ sunt repromissiones, & semine eius. Dicens ergo: Ego sum, qui sum, se non esse propter se solum, sed & propter suos, veluti Abrahamum, Isaacum, & Jacobum, ac omnes alios inferre voluit. Ac si dixerit, inquit Velasques, sic equidè sum, Ioan. An. qui sum, ut non mihi, sed meis servis sim, qui ad be. Velasq. in nefaciendum, & bene merendum de illa totus sum. Psal. 100. Ac idcirco charissimum sibi gregem gentè Israeliticam lupis voracibus in Ægypto, in d' Pharaoni luporum ferocissimo subtrahere studuit. Ego sum, 126. col. 2. qui sum, Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. quia non sibi solum, sed suis est. Et sicut opinatur Clemens Alexandrinus: Deus cum sit bonus, si cessasset unquam à benefacere, Deus quidem cessabit esse, quod nefas quidè est. Lib. 3. ad dicere. Sed eius beneficentia Dei erga omnes, cum 6. Strom. ea sic evidètiore lumine solis, ac calorignis, vobis demon.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'dicitur' and other illegible scribbles.

demonstravi? hominibus, ac maximè superioribus, ac Prælati, qui omnes non suos, sed se spectant, id bene demonstratur. Nihil olectus Jacobum hujus debiti pastoralis exactum observatorem invenio. Gratiissimus hic adolescens ad partes orientales proficiscens, ad opilionum pastus, in quibus maximè vigilantia, ac curâ gregi intendebant, appulit. Et cum pastorculam venustissimam, ac modestissimam omnium illius ævi venire observat, ac conspicit. Hinc juveneculus ille à pastoribus, ac inlinita non erroneo edoctus, (uti re ipsa erat) illam siliam Labani sibi persuadens, ejus venulati fortissimè raptus, ac eam sibi uxorem designans, eam salutavit, & submisit honoratam amplectitur, & osculo delinivit: & absque dubio eum suum cordis prodidisse affectum his verbis, eris mea Sponsa, credo. Sacet

Genes. 24. 31.

Textus, qui hanc rem narrat, sic ait: *Osculatus est eam, ac dein rem miram, nempe quod Jacob in lachrymas proruperit inconsolabiles, fletuque verba luctuosa addiderit. Et elevata voce flevit, subdit. Equis hujus juvenis actionem non demeretur? quæ causa ut plangarim? potius jubili, ac lætitiæ anam habuit. Non? subdunt septuaginta: Et exclamans sua voce flevit, os lamentis, ac suspensus, afflictionem animi, & oculi veraces cordis nuntii, ejus dolores prodere videbantur. Sed quænam major quies, ac delectatio, quam objecti omnium desideratissimi præsentia fuit? An forsitan mala sibi obventura quæ sibi copulanda erat, augurabatur? Nequaquam, nam Rachel non teretica, morosa, perfida instat plurimum, quæ miserum maritum, in desperationem agunt, erat. Fortitrane, ut volunt nonnulli, cum præ gaudio in lachrymas, quia in confanguineam incidisset, quæ sibi desponsanda erat, prorupisse credemus? si hæc ratio valeat, jam & ipsa Rachel plorasset, cum mulieres, verba sunt Lyran, sine pronæ ad lachrymas magis, quam viri, videtur quod potius debuisset dixisse de Rachel quod flevisset, in super ipse Lyranus opinionem Hebræorum adducit, quam satis probabilem asserit, Jacobum nempe idcirco plorasse, quia domo paternâ abiens plures opes, gemmas, uniones, quas secum asportarat, ab Elipat primogenito Elau, qui eum interceptus fuerat, & cum multitudine armatarum comprehendit, & omnibus bonis spoliatum dimisit. Spoliatus est. His ergo se privatum videns elevata voce flevit. Sed hic mihi nova difficultas oritur. Cur statim post infortunium non ploravit, ac planxit? cur lachrymas tam diu continuit, & postea in sinum charissimæ Rachælis effudit?*

Nicol. de Lyra ibid.

Lyran. ibid.

idem Lyranus id factum, quia nullo donatio honorate, suam Sponsam, velut servus Abrahami honorat honoravit Rebeccam, respondit: *Quem pro vidit consobrinam suam, & non habuit uxorem argentum, seu pecunia ad dandum sibi sicut per Abraham dederat Rebecca, memor hujus reipse lachrymari. Flevit, quia se non posse sua fatiscere obligationi, ostendendo se erga Rachælem beneficium, cognovit: et eam exultans elevata voce flevisse dicitur qui antea non ploravit, quod suis potius, quam sibi esse debere dixerat. Id quem libet Prælarum, ac Pastorem curam habentem gregis angere deberet. Ego multos cruciari, ac dolere, quia oves habent maculas, nec lac mulgere, vel lacum tondere, nisi si mul pellem detrahant, possunt, credo. Hi potius mercenarii quam boni pastores, quia boni pastor animam suam dat pro ovibus suis, & non conservant.*

6. Hanc conditionem Aaron Pastor gregis stultici, qui multos transgressores divinum præceptionum habebat, dum hinc innumeros famam Moysis læcesseret, ille temerè, igni incertum miscendo dignitatem sacerdotalem subrogaret, alter adharendo transgressoribus, cessaret, non solum cognovit, sed & ad præm rexit: sed Deus merito contra illos exarduit, & seditionis acriter punitis reliqui se conuere, nec inter gentes suscitare seditiones diceret. Et dum Deus penam exculatoris erat, Moysi, ac Aaroni secedere, ne flagellis divinae justitiæ involverentur, præcepit: *Dixit Dominus ad Moysen, recedite de medio hujus multitudinis, ego nunc delebo eos. Et subito recesserunt a medio. Quid facer textus subnectat attendite. Moyses furorem Dei in transgressores fulmina tam vibrantem videns, jam enim egressus est in Thure, & plaga de saris, sacrotoni Aaroni loco statuit, ut Thure, ac in censo in medio populi manentem divinam placare studeret, justit. Tolle in vestram & hausto igne de altari mitte in censum depone. Hæc utque res bene aguntur, Moyses præcedere agit, ac nemo id negat: sed præcepit ut in medio gregis se sistat, pergens ad populum, ut roget pro eis, si illa justitio nimis dura, ac indifferens, nec rectitudini charitatis conformis, quia egressus est in Thure, & plaga de saris, miti videret. Quamvis ipsum miror Aaronem, qui dum moras non accit, absque reflexione ad mandatum Dei acceptum datum. Recedite de medio hujus multitudinis, in medium reorunt ubi flamma magis lætior de gregis ingerit: *Cucurrerit ad medium multitudinis, quæ non**

iam vobis intendendum. O Aaron: an non periculum, cui obijes vides: Hoc fortunam tenere est. At Moyses tibi id mandat: pergens cito ad populum, &c. Deus dico ego, id tibi vetat. Reverti de medio huius multitudinis. An non ab illis dicitur scire Deum statim flectere potes? N. Aaron quia Pastor erat bonus, & ut greges eriperet, propitiam debebat negligere vitam: Bonus Pastor animam dat pro ovibus suis. Totum id gregi facere debuit. Supra hoc Divus Ambrosius con- cepit hic digna doctrinam format. Cum divina propter contumaces in plebem serperet, me- ritum inter mortuos, revertens Aaron obijit, an meritis sperare non plaris periret; vere vir men- tis, & animi sacerdos, qui se pro Dominico grege quasi Pastor bonus pro obijeret affectu.

7. Nunc a Synagoga ad ecclesiam, a sacerdote Heliaco ad Pastorem ecclesie, ad Arone ad sanctum Petrum, & cui filius Dei solum gregem agnis, & ovibus mixtum ostendit, transiamus; pmo de ac dicitur: Petre hucusque te hominem perfectum, prudentem sum expertus, nec ullum mentem ut sic Pastorem invenio. Omnem te diligentiam, possibilem adhibiturum, ac curam, non solum ut de bonis pascuis et providas, sed & de Argeum futurum, ut a lupo infernalium illam de- fenderis, scio. Eum gregem: *Pasce oves meas*: simili- ter agnos tribuero: *Pasce Agnos meos*. Tribus quibus ait Doctor Angelicus: *Doctrina verbo, vita exemplo, & temporali subsidio, quibus praelatus debet: pasce debet*. Vel ut ibidem dicit: *Pasce oves meas: Pastore autem oves est credentes in Christo, sicut si deficiant, confortare, terrena sub- sidia procurare. Exempla virtutum cum verbo predicantur impudere, adversarius obijere, er- rantes subsidio corrigere. Sed filius Dei, postquam Petrum cepit, ac pastorem gregis constituit, dis- ciplinam mutare, & nonnullas particularitates adnotantes ea, quae eidem Apostolo obventura sunt, magis videtur, cum esset junior cingebat, & quibuslibet ait vobis, cum autem senectus a- gnos erigeret, & dicit, quo tu non vis: quibus nil aliud quam mortem ejus denotare voluit: Hoc autem dicit significans, quia morte clarificatus esse Deum. Sed qualis est haec connexio, dum Clavibus personam Petri ac mortem iungit: vix enim ad hanc dignitatem exeret, & jam mor- tem notaret? Dionysius Carthusianus ingeniose mysterium penetrat, & Christum sic loquentem interpretatur. Nunc cum te pastorem constitui, ac tu gregem constituisti, omnibus tuis commo- dus te poliare tebebis, nec in aliud quam peccato*

ta tibi commissa intendere, & si necesse fuerit, vitam, & sanguinem profunderere debebis: signifi- cans quia morte clarificaturus esset Deum: ut pra- latus, vel pastores agnoscant, ait Dionysius, quan- tum habeas Christum diligentiam, dilectionem, & curam pro suis fidelibus, quam sollicitudine velis eos cu- stodire, quam districte requirat rationem de eis. Et curi dicitur. Quia praelati debent esse parati ad moriendum pro grege commisso, ideo consequenter pra- dicit Petro de qualitate sui martyrii: unde evi- denter, quod bonus pastor animam (id est vitam) suam dat pro ovibus suis infero.

8. Divus Gregorius pontifex Christum re- demptorem nostrum non solum praecipisse pas- toribus, ut animam hoc est vitam pro grege ex- ponerent, sed & ipsammet velut caput omnibus exemplum se praebuisse affirmat. *Fecit quod mo- nuit Christus, pro ovibus animam posuit*. In laetis Evangelis nec miniam contradictionem, quia omnes Evangelistae puram, & simplicem veritatem scripserunt, scio Nihilominus experientiam contrarium edocere puro, Et quis successum passio- nis Christi non eodem modo ab Evangelistis Mat- thaeo, ac Luca recensitum nesciat: praesens ut im- posturas, ac falsas accusationes a ministris contra filium Dei audivit, exactissime rem examinare decrevit. Sed postquam diversissime plures particu- laritates, ac capita examinasset, & accusantium iniquitas, & accusati innocentia apparuit. Unde ab omni cum calumnia liberans, coram omnibus innocentem his verbis teste Divo Luca: *Non in- venio causam in hoc homine*, proclamavit. Et hinc non obstantibus Pilatus ob varios respectus, ac suspensus contra jus innocentiam morti crucis adjudicavit. *Tollite eum vos, & secundum legem vestram crucifigite*. Haec impia sententia sine mora executioni mandata est: Et aspero ligno fuit Servator affixus, Divus Mattheus facti cau- sam adferens: *posuerunt super caput causam ipsius scriptam inquit*. Idem sanctus Marcus affirmat: *Et erat titulus causa ipsius*: hic contradictio sta- tum prodit. Si praesens absque causa cum morti addidit, quomodo causa ejus mortis, ipse vertici suspensus? an ita stolidus fuit Iudex, ut nullam invenire poterit: vel an adeo maligni fue- runt, ut quantumvis causa non esset, tamen eam assignarent? N. quid sanctus Marcus subnectat obiteremus, ac dein non esse contradictionem, sed mysterium dicemus. *Et erat titulus causa ejus Carthusius*. scriptus ait Dionysius Carthusianus, quare cruci- fixus esset: & quoniam huius rei causa: *Rex Iu- daeorum*; nulla alia est, nisi quod cum esset Rex 44.

Dionys. Carthus. in cap. 21. D. 10. art. 50. fol. 273. B.

D. Gregor. hom. 14. Evang.

Luc. 23. num. 4.

Matt. 27. num. 37.

Marc. 15. num. 26.

Dionys. Carthus. in cap. 27. Matt. 27. art. 22.

Handwritten notes in the right margin, including the word "diab" and other illegible scribbles.

Judeorum, ac totius generis humani, quod in miseris culpæ jacens jamjam faucibus lupi orcin devorandum, ac jam voraginibus inferni hauriendum erat, velur Rex, & pastor, qui vitam suam debet dare pro ovibus suis vitam morti expoluerit, & ut vitam gregi daret, morti contentus fuerit. En ergo causam: posuerunt causam, nempe cum fuerit Rex, & pastor pro grege morti debuit.

10. Ant. Hæc totius causa, sive mortis Christi summa est, quod Rex hominum sit, quod perinde est, ac si dicatur, non à se, non à senio, non ab hominum oratio, non à criminis pena, sed à regia dignitate mortis nas. 1. fol. idum accepit: ut principis munus, & partes unde. 2. 4. 7. col. 2. 2.

Matth. 26. 39. Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ac ut se non flagitare gratiam impossibilem, & patientiam suam

Marc. 14. 36. velur cunctipotentem, quidquid vult, posse, demonstraret, teste Divo Marco: Abbas pater omnia tibi possibilia sunt, subjunxit. Tu, quidquid vis, vales, adeoque velur pater benignus preces filii rejicere nequis, ideo Transeat à me calix iste. Ego, num Christus voti compos factus fuerit, scire velim? ac non solum negativè respondeo, sed non obstante quod Patri omnia possibilia sint, cum Divo Paschasio impossibile esse ob bonitatem, ac justitiam ut exaudiri potuerit, dico. Impossibilitas ista de justitia venit, ac bonitate Dei; Sed ego radicem unde hæc impossibilitas proveniat, libenter penetrem. Et quidem id non provenit ab impotentia Patris, quia habet plenitudinem, non ab incapacitate, ac demerito filii, quia erat justus, & innocens, non à necessitate generis humani: hæc enim quantumvis fuisset maxima, nihilo scilicet unice gurtâ sanguinis, unico intuitu, unico cogitatu redimi potuit. Cur ergo, inquit D. Paschasius, impossibile fuit cum non bibere calicem passionis, & mortis? Impossibilitas ista de justitia venit, ac bonitate Dei. Christus gregis Apostolici, ac gregis totius generis humani fuit Pastor, idcirco, quia bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis, impossibile fuit calicem passionis ab eo transferri. Et ex hac impossibilitate obligatio, quâ ad fundendum sanguinem, & mortem obeundam, ut suos à lupis avernâlibus eriperet, ac periculis æternæ damnationis subtraheret, & ad pascuum paradisi condu-

D. Pasch. lib. 12. in marg.

ceret, ortum duxit. Hinc ait Paschasius: Impossibile erat, ne nos bonitate sua, sua, justitia servent, ad pascuum omnium pastorem vestigis institerent, Gualdimus Roschildensium Episcopus fuit: dum Deorum Regi fama nonnullis Regale regnum verbis petierat, ac Regiam altitudinem pupugisse retulisset, tales die circumloquio, ac sacro Mæstæ astute telecens, ficans, qui non loquere. Non multo post ut Rex feritatem barbaram peccaverat (gratum enim Deo prelatum obsecrum: quia nonnulli magnates quidquid voluerunt, juxta illud arbitantes esse impune quidquid delirant reges licitum p t ut, arbitrabatur) ad Ecclesiam se contulit: ac Episcopus ingreditur se episcopio, ac baculo pastoralis aliquoties pectus percussit, & acti verborum acerbo hominidum, & similibus verborum aculeis pettingens excomunicatum denunciavit, & velur loco sacro indignum repulit. At Palatini Regem suum injuriis affectum dum viderunt, gladius exereuerunt, ac unicum nutum principis homicidæ, ut illum contumeliam vindicarent, respectabant. Sed sancte presul, an non in pectore Regis, ac auricularum itæ flammæ evaporari vides? An non vides gladios eos exeruisse, & unicum nutum Regis præfolari ut te trucidet? Ergo fugâ tibi consistere, ac periculo mortis te subtrahere. Quod sanctus Paschasius de Christo impossibile erat, cum enim esset pastor, obligabatur ad fundendam vitam, hoc & ego de hoc præfule hic dicam. Bonus pastor animam dat pro ovibus suis. Et quid sequitur? è lupo in agnum mansuetum migravit: Deo miserante Regis iram, ille penitentia factis commiseratus adeo percussus est, ut ultro repentes palatium suum, deposuerit infulus, & induerit sacrum cinerum aspersum: Ex habitu rediens in atrium ecclesiæ, vis ad valvas humi, gemebundus Deum adorabat, largi lacrymarum imbrem madens. O insigne pastorem. Non velur mercenarius ad conspectum lupi aufugit: de illo non veritatem visis lupum venientem, & fugit, sed intrepidus, & velur bonus pastor, qui animam dat pro ovibus suis, hostis, nec timore mortis gredum retulit.

11. Verum nonnullos, qui non nisi damno laboratorum propriam vitam conservare studerent, repete est. Hi in nihilo à Rege Achab omnium Israeliticorum regum pessimo abeunt; Pauper Naboth, quia huic Regis peitioni vineam legicando annuere noluit, in tantam cum turbarum deject, ut in aula se abdens, furore afflicto, hæc

defectu intra se sic discutret. Ergone subdito-
rum vilissimus, tam fit ceteratus, ut Regi in fa-
ciem aliquid neget? Ego gratis eam nolui: sed
ad solvendum illam me oboli. Et quamvis prin-
cipis non solum opum, sed & viræ subditorum
sunt absoluti domini, auctoritate tamen hac plenā
non possit, sed omni humanitate possibili cum eo
agere velit. Ac ille ergo tam audax sit, ut Regis
potestatem repellat? certe Nabothum possi-
derit, & ut sibi praeorderat manus, volo. Hic
denunciat sacri Textus: *Projiciens se in lectulum
suum, auertit faciem suam ad parietem, & non co-
medit panem.* Illuc possibi e Regem tanto mo-
dore iradi, ut nec cibum caperet, nec panem
manducaret? Liranus ex indignatione, ac impa-
tentiā id pioveisse affirmat. Abulensis dicit,
*Solus tunc comedit panem, nec bibere praeterea
quodque in eo digeretur sumus ille iracundia. Ve-
rum sanctus Pater Ambrosius, ut hoc factum
explicet, unicum verbum, quod multum propo-
suo nostro servit, adiungit. Ubi scriptura solum
legit non comedit panem, addit ille sum.* Ergo
comedit panem alium? quinimo. Quia magna-
spans, sudore, ac laboribus subditorum com-
posito vivere voluit. Et non manducavit panem
suum, quoniam querebat alienum: Etenim dicitur
magis alienum panem quam suum manducant,
qui rapit vivunt, & rapinis sumptum exercent
suum. O quam multi sunt pastores, qui mensam
suum maximā laetitiam fructuum & pecorum
sue custodiz deputatorum instructam esse vo-
lunt: Hi nomine tenus pastores, & reipsa mer-
cenarii peiores sunt. Merito nomen pastoris per-
tinet, non enim pastores, sed mercenarii vocantur,
qui non pro amore istius oves dominicas, sed ad
temporales mercedes pascunt. Merito in hos pet-
it. Etzechiel accerbarum minarum plaustra sul-
cavit. *Ua pastoribus Israel.* Væ iis, quia tempus
erit, cum rationem de impostis oneribus, ac tri-
butis a subditis solutis reddent. Sed cur, quia
pascunt famulos, proprium interesse pallio
sacris charitati regentes, substantias pauperum
se vestierunt, ac sustentarunt, & luxus suos
habentibus, sudoribus, pane, & sanguine vasallo-
rum manu teoverunt. Nonne greges à pastoribus
pascuntur? Pastor ut gregi subveniat, proprio
onibus cellas subtrahere debet. Et sanctus Pater
Augustinus dum nil esset, quod in pauperes ero-
geret, sacra vasa aurea, ac argentea confingere, &
in pecorum subsidia impendere non esse malum,
sed opus bonum iudicavit. Sed nonnulli pastores
lac, ac lacum iis detrahunt, & tam macilentos eos

reddunt, ut pedes eos non ferant. *Lac comedebat,
& lacis operiebamini, & quod crassum erat,
occidebatis: gregem autem meum non pascbatis.*
Hinc in textum allatum Divus Pater Augusti-
nus sic commentatur. *Quid ergo isti increpantur?* **D. P. Aug.**
Vnde arguuntur: quia cum lac sumerent, & la- **tract. de**
nis se regerent, oves perditas negligeabant. Qui pra- **Past. cap.**
bet lac, vitulum prabet; qui prabet lanam, honorem **2. Ep.**
prabet: ista sunt duo quæ à populis quarunt, qui
seipso pascunt. Sunt pastores non ut dent iis quod
debent, sed ut subtrahant quod possunt. Sufficit,
& quiescamus.

PARS PRIMA.

12. **ET** alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili-
h, & illas oportet me adducere. Boni pasto-
ris omnem possibilem adh. bere c. natum, ut gre-
gem ad pascua salutis, ac ovile paradisi ducat, of-
ficium est. Unde per alias oves, quæ non sunt ex
hoc ovili, gentiles, qui idola celebrant, verba sunt
Cornelii à Lapide, *ideoq; eram oves non Christi, sed* **Corn. 2.**
Satana, quas Christus ex ovili Satana transtulit in **Lap. in c.**
ovile suum, intelligit. Sed bene mysticam locutio- **10. lo. v.**
nem nostri pastoris observemus. Et illas oportet **16 fol. 403**
me adducere. Sanctus Thomas id ita explicat, **col. 1**
id est opportunum. Sic Divus Gregorius Thoma- **D. Tho. in**
*turgus Neocæsariensis Antistes egit. Hic ad **c. 10. lo.**
insulam evehctus solum septendecim fides sub **Lect. 4. fol.**
*se numeravit, sed per gratiam Dei, ac suam dili- **60. col. 2.**
*gentiam adhibitam omnes infideles ad gregem **D.**
Evangelicum adduxit: unde dum animam agens
ab atlantibus quot infideles superessent rogans, **In Brev.**
audierit tantum superesse septendecim: Deo gra- **Rom. in**
*tias immensas egit: Tardem, inquit, eram fideles, **Lect. 2. 2.**
cum crepi Episcopatum. Sciebat obligationem **noctur.**
*suum. Oportebat enim illas adducere.*****

13. Hic rō oportet, quod proprie necessitatem
si non cōactionis, ad minus infallibilitas impor-
tat, ponderare debemus. Deus enim omnem
possibilitatem impendit, ut grex consequatur salu-
tatem ac ē pascuis dæmonis ad pascua fidei Evan-
gelicæ reducat mandata. Hinc sancti, Basilus,
Gregorius Augustinus, Ch. ylostomus. *Tō oportet*
Patris præceptum significare asserunt. Ergo
necessario, & infallibiliter illud est observan-
*dum, concludit enim Angelicus. Quia spiri-
tus gregis salus, præponderat corporali vita pasto-* **D. Basil.**
ris, ideo cum periculum imminet de gregis sa- **hem. 28.**
lute, debet quisq; spiritualis pastor, corporalis in Pf. 28. **Greg. hom.**
vita sustinere dispendium. Quid pastorem cœ- **14. in E-**
lestem, dum de grege loquens ait cognosco oves **meas**

Handwritten notes in the right margin, including the word "Lectura" and other illegible scribbles.

Small handwritten notes or corrections in the right margin.

Small handwritten notes or corrections in the right margin.

vulg. Aug. tract. 47. Chr. Thom. in c. 10. Io. Lez. 3. fol. 19. col. 4. F. Dionys. Carthus. in c. 10. 10. fol. 160. C. D. Tho. in 6. 10. 10. Lez. 4. E. Dionys. Carth. in e. p. 2. ad Tim. c. 2. fol. 304. C.

meus inferre voluisse putat? Apud Deum, ac in bonâ Theologiâ hæc phrasîs *cognosco oves meas* quid significat? Divinum pastorem cognoscere creaturam esse pecudem sui gregis, nil aliud est, quam dicere eam esse prædestinatam, ac passim paradisi fructuram. Deus enim illam non tantum speculative, sed & practice eam amando, et beneficiendo, omnia ei media ad salutem præbendo cognoscit. *Cognosco oves meas cognitione dilectivâ, ac approbatâ.* Et pecus quod a Deo amatur, de ejus grege est. Hinc de duobus fratribus *lacob dilexi eum eum prædestinatum; Esau autem odio habui, eum reprobum, dicitur. Cognosco oves meas.* Hoc sic explanat Angelicus, *notitia non solum simplicis, sed etiam approbationis, & dilectionis.* Ac Apostolus ad Timotheum sic scribit, *cognosce Dominum, qui sunt ejus.* Aliud ergo juxta expositionem Carthusiani inferre non voluit. *Hoc est, Deus prædestinatos suos æternaliter cognoscit scriptos in libro vite, eo quod conferat, & approbat.*

14. Hanc veritatem loco scripturæ ab opposito firmare volo. Noctû quinque Virgines prudentes, ac quinque faruæ lampadibus accensis domo exierunt, prudentes ad domum, in quâ nuptiæ solemnissimo cum apparatu agebantur, attingunt, pulsant, & sponsus prodit, aperit, ac eas introumittit. *Venit sponsus, & que parata erant intraverunt cum eo ad nuptias.* Vix primæ sunt ingressæ, & illico adfuit & faruæ, ac à sponso ingressum sollicitant: *Domine Domine aperi nobis: sed repulsam patimur, nec admittuntur, excluduntur.* Verum quibus verbis sponsus postulationem neget iis, & negativè respondeat, audire. *Nescio vos inquit.* Nuptiis designari cælum, virginibus intrantibus animas, quæ salvantur, sponso, Deum, qui adjuvante suâ gratiâ eas introducit, jam scimus. At quomodo verum sit, quod dicat, *nescio vos?* Deus suâ cognitione infinitâ non solum præsentia, sed etiam futura, ac præterita scientiâ quam vocant Theologi intuitivâ, vel visionis intuetur, & scientiâ simpliciter intelligentiâ, quæ præcedit omnem actum practicum divinæ voluntatis, omnia penetrat objecta possibilis. Quomodo ergo scientiam suam non attingere ad cognitionem hatum quinque virginum *nescio vos* declarat? Ergone in Deo sit ignorantia? Ille Deus, qui ad intimos cogitatus cordis penetrat, se quinque has virgines non cognoscere fateatur? facti Doctores huic nodum sic solvunt: *Vos pro meis non cognosco, vestros, reprobo, damno.* Nunc cum oppositorum eandem sit disciplina ab opposito arguamur. Si idem sit dicere

Deus te non cognoscit, ac es reprobus, ut ait Chryostomus. *Cum dixerit nescio vos, nihil aliud quam gehennam, & mansuetudinem significat, quæ gravissimè est.* Optime deduci potest, cognitionem, quâ cælestis pastor suos oves cognoscit, nil aliud esse, quam quod illas salvat, ac accersit ad pascua paradisi ducere velit. Idcirco sanctus Pater Augustinus concludit: *Novi Dominum qui dicitur nescire nos, nec loqui nos, nec scire nos, nec salvari nos, sed secutus est de numeris illorum, qui perierunt, quod dedit.*

15. Filius Dei Apostolos suos ob stultitiam funestos, qui brevi eos invaluere erant, multosque fat gravi confectos videns, ut eos solaretur dicit, *non turbetur cor vestrum;* esto moris, quam ego subiturus sum, mentem vestram comouebit, ut pavetis tamen; quia sicut ad ortum solis, umbra acris pelluntur, sic misericordia motus vestri in læticias nigtabunt. Sit ultreus in domo patris mei esse multa habitacula addo, quæ vos post afflictiones à vobis pro domine meo tolerandas, recetabunt. *In domo patris mei mansiones multe sunt.* Per domum Dei, vel ecclesiâ militans, vel triumphans intelligi potest. Ita dicitur Divus Thomas *Dixit esse domus Dei, una est militans ecclesiâ, scilicet congregatio fidelium, alia est triumphans, scilicet sanctorum collectio in gloria Dei patris.* Divus Augustinus per has mansiones de vestras dignitates, quibus Deus beatos in partem remunerat, intelligit. *Multa mansiones dicitur in merito in una vita æterna significat dignitas in cælesti.* Sed in quem finem sunt multe mansiones? Annon unus paradisi non sufficit omnibus? Annon sanctum Paradisum capit omnes beatos? Præterea sanctum Mattheum in suo Evangelio, simul ipsum filium Dei de Rege, qui nuptiis filio succolebraturus, omnes quotquot adesse voluerunt, invitare iussit, tractare, reperit. Ut ergo concilium coarvis erat plenum, ac mensæ circumdata, ut vix sedere possent, Rex coarvis respectus adivit, & dum non meminerit obsequi veste nuptiali vestimento lacero se introussit, rederet, adeo est indignatus, ut servis, cum in obsequium detruderent carcerem, mandavit. *Proiecit eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium,* & postea subdit: *Multa sunt vocati, pauci vero electi.* Hic parum perillam. Si paucos dicat esse electos, cur Apostolus dicit esse multas mansiones? Si electi sint pauci, ergo mansiones etiam paucæ esse deberent, vel si multæ sint mansiones, electos etiam multos esse oportet.

Matt. c. 25.

Ibidem.

Ibidem.

Cornel. à Lap. in c. 25. Matt. fol. 450. v. 12. c. 1.

oportet. Numerus sane mansionum numero electorum correspondere debet. Si luce alicujus historie verum sentum hujus difficultatis curere possimus, videamus. Anronius Imperator dum Romam in Franciam Provincias illius regni villas proficere decebat, Homalo senatore, qui Romanorum Pro gubernator Parisiensi erat, scribit, ut pro die adventus sui mille nobilibus hospitia apraret, iussit. Literis his receptis nec salum pro mille, sed pro bis mille hospitia parari fecit. Imperator itaque dum illic appulit, ac tot hospitia instructa videns, causam, cur plura quam necesse erat, apparaverit quaerit. At hoc responsum tulit, ut magis meum desiderium servanda rati, te imperante ostendam. Similiter ergo si pauci sunt electi, cur multa mansiones sunt in parate loquitur Divus Hilanus. Quia noster pastor velut bonus, & diligens, quantum est ex se, totum gregem, omnes agnellos ac oves, ad mansiones coelites & pacua paradisi pervenire vult. Desiderium ergo grande, quo iis benefacere, ovesque salvare optat, pandere hoc facto vult. Et illas oportet me adducere: Hinc ait Divus Hilanus: ut in mansionum abundantia spes omnium surgatur, apud sanctos Deum velle omnes homines salvos fieri. Multis hospitia aprat: Multi sunt vocati, pauci vero electi, ut eum velle omnibus daret salutem, omnes velle ad pacua securae adducere cogitamus. Quod si postea contingat, ut pauci sint electi, defectus noster est; hinc dicit in Evangelio: Et alias oves habes, quae non sunt ex hoc ovili. Et illas oportet me adducere. In conformitatem hujus, illud quod David in psalmis saepe confignavit, legite.

16. Hic ergo benignitatem hujus boni pastorem, scilicet Dei, laudibus extollens, ac velut vates, curam, qua gregi suo provisurus erat, praevidens accinit, Homines, & jumenta salvabis Domine. Domine tuam benignitatem esse adeo immensam, ut bestias, ac homines salvaturus sis, pro certo scio. N. Res magna mihi haec videtur. Si ergo robis bestias caelo donandas, ac beandas precitarem, vos nec merito iustos, & scandalizantes abeentes mihi dicturos. Audiemus te de hoc iterum: scio, declarat enim filius Dei. Nisi quae venas furis ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Hanc regenerationem spirituales esse bellis impossibiles non neco. Quomodo ergo poterunt salvari? una differentia qua anima rationalis ab irrationali abest, haec est, quod anima rationalis est separabilis a corpore, & separata existit; anima vero bruti inlelli Dominale.

rum mortuorum corpore simul intereat, nec separata existat. Quomodo ergo id salvetur quod non est? Homines & jumenta quomodo Dominus salvabis? omnibus respondis per sacros expofitores adferri solitis omittis, unum, cui major pars accinit, adduco, & Davidem per homines intelligere electos ac bonos. Qui secundum dictamen rationis vivunt, habentes carnem subditam spiritui, & spiritum Deo. Ac per jumenta intelligere peccatores, qui amisso usu rationis bestialiter vivunt, dico. Nunc quomodo salvetur peccatores extra ovile nostri sancti pastoris constituti? nonne id auditis oportet me adducere? Perinde ac si diceret. Quantum est ex me omnia media, ut eas ad ovile salutis reducam, impendam. Audite sanctum Brunonem. Bonus & malus salvus, David alloquitur Deum: cum pro omnibus Christum pati voluerit.

17. E jumentorum maxime irrationabilium numero, quae maximorum scelerum, ac facinorum onus portarunt, fuit Judas. Caestis pastor eum ut unguibus lupi infernalis subduceret, quid non egit? ne invidia proximi adiret, elegit eum in discipulum. Ne Avaritia eum in rapinas ageret dispensatorem, ac depositarium Eleemosynarum eum constituit. Ne ambitio eum precipitaret in ultima coena, cum aliis eum Episcopum creavit. Ne ejus bestialia proposita eum ad poenam scandalii hoc est prodicionis alliderent, sapienter eum monuit, & reprehendit, unus vestrum me traditurus est: Va homini illi per quem filius hominis tradetur: melius illi erat si natus non fuisset. Quid amplius? ut eum tradidit, desperatus se suspendit. Et multi Deo sic disponente Ramum arboris se inflexisse, ac postea dum ramo validiori, & fortiori se alligaret a transeuntibus eum esse impeditum volunt. Possit collum suum Papias in laqueum, & cum penderet ab arbore, arbor inclinata est, nec id continuo assecutus est prout cupiebat: agnitus enim a quibusdam impeditus est, ne ster apud praefocaretur. Et quid amplius mylicus pastor pro salute illius ovis fortentis, & jumento bestiarum pessimo praestare potuit?

18. Aliud erit jumentum nec dum tamen adhuc natum, quod cum Judaeum maledictionis trahere poterit. Divus Joannes in spiritu caelestem Jerusalem habentem portas duodecim, & in qualibet porta Angelum, & in portis Angelos duodecim, conspexit. Omnes erant aperte, ac cuilibet nomen tribus, quae per eam intrare debebat insculptum erat. Nomina scripta, quae sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ad turbarum

ius tract. 4. cap. 9. qua. 5. fol. 2.

Michael Aygu in Pl. 35. fol. 702. cap. 2. D. num. 564.

D. Brun. in Bibl. P.P. 17. ibi fol. 111. col. 1. n. 7. D.

Papias in laqueum, & cum penderet ab arbore, arbor inclinata est, nec id continuo assecutus est prout cupiebat: agnitus enim a quibusdam impeditus est, ne ster apud praefocaretur. Et quid amplius mylicus pastor pro salute illius ovis fortentis, & jumento bestiarum pessimo praestare potuit?

Apoc. 6. 21.

Handwritten notes in red ink, including the word "diab" and other illegible characters.

Hugo de S.
Charo in
cap. 7.
Apoc. fol.
388 col. 3.
B.
Dionys.
Carthuf.
ibidem fol.
138. art. 8.

barum clangorem qualibet tribus per ostium suum ingrediebatur, ac ab Angelo, qui eam expectabat admittebatur. Per unicum solum, cui inscriptum erat tribus Dan nemo, in quod, summo opere demeritus est sanctus Evangelista, intravit. Hugo à sancto Charo ex tribu Dan Antichristum, qui jumentorum, quæ mundus habet, vel habere poterit, pellamur citi, nasciturum respondet. Dan hic non ponitur, ut ostendatur quod ex numero signatorum excludatur Antichristus, qui ex ista tribu est nasciturus. Ergo cur & ei sua porta civitatis paradisi aperta sit, & Angelus in ea stet, qui illum promptus expectet? Et cum ei sint insculpta hæc verba tribus Dan, nemo nisi Antichristus per eam

intrare debet. Et si Deus vidit, & adhibet videt Antichristum non intratum, hæc indoluit mihi frustrane videntur. Sed esto: nam talis pastor, quod si hoc fecerit jumentum Antichristus ovile salutis ingredi velit, ei portam pate, eique assignatum esse Angelum, qui eam recipiat, demonstrare voluit. *Fit innumera Dominus nulli gratia sua adminicula denegare, ut non ad caelestem patriam facere possit. Nos interim tam dignum venientem pastorem, ejus benignam vocem, qua à malo fugiendo, & ad bonum amplectendum hortatur diceas, decerna à malo, & fac bonum audiamus. Et sic in pace.*

DOMINICA TERTIA
POST PASCHA.

Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.
Joann. 16.

ARGUMENTUM.

Deus adeo fervens est & diligens, ut nec momentum expectet dum nobis nefacere vult, e contra nos desides sumus in ejus servitio, cum tamen ferventes esse deberemus.

Num actiones, quæ citius, vel illa quæ lentius complentur, laudabiliores sint, resolvere nescio. Pede incedere plumbeo signum esse prudentiæ extra dubium est. Hinc hoc fuit monitum: *Festina lente*. Ubi e contra currere instat furiarum, nec tempus permittere temporis, est se obijcere periculo manifesto præcipitiorum, & pro partu abortum edere juxta illud: *Cervix festinans cecos parit cubulos* Per Græcorum etiam ora hoc dictum *diu delibera*, volavit. De die in diem dilationem producere esse ventum magis propitium, quem possit habere actiones ut perficiantur, nonnulli censent. *Sat cito, si sat bene*. Plantæ, quæ subito exoriuntur parum durant. Elephas, qui tardè nascitur, ducentis annis vivit, & partus perfectissimus omnium, quos feræ producunt, est. Apelles pictoris gloriantis de celeritate loquendo: *Hanc modo pinxi*, rememorat his verbis, *Etiam si tacuisset, res ipsa loqueretur, quod cum ex tempore subito pinxeris, compescuit*. Xerxes Agatachi festinationem in pingendo non probavit, dicens: *Ea quæ cito fiunt, cito perant*. Hi lentè, ac maturo consilio gradati, esse modicum optimum perducendi opera ad perfectionem, & stabilitatem judicant.

2. Alii ex adverso negotia in longum protrahere tempus, nihil aliud esse, quam ea ex promptu præcipitio, ac ruina censent. Ut clavus rotundus, non debet expectari ejus infingulatio. Cervicatura ignea, natutz curaliquid adhzret terreni.

Arist. Lib. 9. cap. 46.